



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Nouu[m] portentu[m] de vitula enixa agnu[m]. Cap. IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

HAYMO DE CHRISTIA.  
NOVVM PORTENTVM.

Caput IX.

**V**itula quoq; sacrificijs admota in die festo azy-  
morum inter manus ministrorum enixa est  
agnum. Porta vero interioris ædis ærea, cum  
ranti pōderis vt vix à xx. viris clauderetur, esset, vecti-  
bus & seris munita, nocte vltro patefacta est. Visi etiā  
currus & armatorum cohortes in aërem ferri, & alia  
multa quę non faciunt ad huius operis compendiū,  
maxime cum res Christianas prosequi debeamus.

Caput X.

**I**gitur subuersa Hierusalem non multo post mar-  
tyrium Iacobi, conuenientibus apostolis in vnum,  
& propinquis domini secundum carnem, Simon  
filius Ioseph communī consilio in episcopū surrogat,

EGESIPPVS DE SYMONE

Hierosolymorum episcopo

post Iacobū. Cap. XI.

**I**ntraea Vespasianus moritur, Titus filius eius suc-  
cedit imperio, princeps militaris, pius, sapiens, bel-  
licosus, qui in tantum facundus fuit vt causas lati-  
ne ageret, poemata & tragœdias græce componeret.  
**BEDA.** Tantum aut̄ bellicosus fuit, vt in expugnati-  
one Hierosolymę præcipue inter optimos extiterit p̄  
liator. Tantum autem imperio bonus ac clemēs fuit,  
vt nullum omnino puniret, sed etiam cunctos aduer-  
sum se coniurantes dimitteret, & in ea familiaritate  
quam prius habuerant retineret. Dicebat enim inde-  
corum esse aliquem contristatum recedere à facie im-  
peratoris, cuius inter omnia fuit illud celebre dictum,